buntur. Fuit & Ecbaniata Crotoniata pythagora &c plato, sibi ipsius, qui scripsit de regno. De quo Stobaeus in admonitionibus de regno meminuit, & hoc circa dicta ponunt. Quod unius cuiusque animalis natura ad mundum & eius partes accommodata sit, multis mibi uidetur argumentis constare. Sic enim consentiens, conuxaque singulorum natura optimam simul & necessariam sequitur seriem, que ex motu universi consistit, ut communem rerum omnium ornatum, ita singulorum quoque officio durationem conservat. Quare mundus etiam appellatur, & perfectissimum est animalium. In partibus vero eius, quia multe sunt, & diversae naturae, id animal primas tenet, quod plus divinitatis continet. Quare in ea ecclesia quidem, que immortalis Dei natura participant, & primario maximeque sequentur, plaustrum est Hellæ salutantis. In regione vero infra lunam, ubi corporum motus est rectus, demonis natura uersatur. Ceterum in terra & apud nos optimus quidem natura est homo, diuinus, autem rex, & meliori conditione inter ceteros effluens, similis quidem corpore reliquis, ut potè ex eadem materia natus, ab optimo quidem artifice produbitus, qui fabricavit eum, archetypum imitatus seipsum. Quocire rex unicū et excellens quoddam opus est, immo imago illius regis creatori suo semper familiaris, a subditis uero in regno tanquam lumine conspicuo. Examinatur enim & probatur dignitas regis non secus quam annua princeps aquila obuersis soli oculis. Eadem est ratio de regno, ut quod dominum

nam sit & propter umiam claritatem oculos obtundat omnibus præterquam legitimiis. Et enim multi splendores oculis obuersantes, atque uertigines arguant spurious, qui ascenderunt tanquam in altitudinem insolitam. Illis uero, qui, ut per est, propter naturam & similitudinem regni e acumen adiucrum habitari potest, & usum sua consumadum præbere. Est igitur regnum res sincera, incorrupta & propter excellentiam diuinissima, atque homini difficultis accessu. Oportet autem illum, qui suscepit regnum præfissum, & lucidissimum nature esse, ne quod clarissimum eius est, obseuer suis maculis, que admodum nonnulli sandissima loca inquinaverint, & execrables quidem eos, quibus obuiam falli sunt. Rex igitur uaturam habeat minime pollutam, & quanto reliquis diuinior sit, agnoscit, ac cetera, quibus decenter instruclius cum seipso, cum subditis optime uti poterit. Ceteri quidem homines a uitiis suis sandissime purgantur, si principibus suis similes evadant, sine legem principem, sive regem habuerint. Principes uero, qui non habent quod natura sua præstantius imitantur, illi uia longius abire debent, sed statim a Deo uitiose petere. Nam neque mundum aliquis quesuerit, in ipso agens, & pars eius existens, neque is, qui alijs imperat, illam ignorare debet, a quo ipse regitur. Maximè autem hoc ornamentum est, quod nimirum non gubernatum non inueniatur. Oportet principem etiam moribus imperium docere. Sic enim plautu imperij pulchritudo clucessit. Qui Dei uirtutem imitantur, et ei charus est, quem emulatus

emulatus fuerit, & amplius subditis. Nullù enim Deo barum homines odio prosequuntur. Nam neque syde r. t, neque uniuersus mundus Deum odit, nam si autem suum odificeret, non utique ei parerent: Sed quod bene impetrat, id in causa est, ut subiecta bene regantur, & parent. Evidit exissimo terrenum regem nullius uirtutu expertem esse debere, qua ecclœ illæ prædictus est. Sed ut ipsares est peregrina & admiratione digna, ut potest ecclœ ad homines profecta, ita nimicu & uirtutes ipsius Dei opera exissimanda sunt, diuino beneficio ei accessisse. Quod si rem a principio consideres, uestru m esse, quod dico, intelliges. Per communionem enim omniuim primam & maxime necessariam hominum genere terrestris rex conciliat. Similiter facit ille, qui uita in uniuerso gubernat. Nihil etenim, si tollis amicitiam & communionem consistere potest, quod etiam in civitatibus ita se habet, si familiarem societatem abstergeris. & si multo inferior sit, quam diuina natura et regia, quæ nihil huicmodi sibi desiderant, ut potè perseela uirtutis, sed alijs indigentibus suppeditaret: & communione utilitati conseruat. Amicitia autem civitatis eomunitate mutuo finem spellans, ipsis uniuersi concordia imitatur. Porro citra constitutionem magistratum nulla civitas habitari possit. Requiruntur autem ad illam constitutionem leges, cuius gubernatio, subditiq; & praefetti, si per se conservanda sit. Hoc sequitur communne bonum, concinnus quidam status. & multitudinis consensus cum persuasione concordi. Ille, qui imperat

rat iuxta virtutem nominatur rex atque est eadem amicitia conseruque subditis coniunctus, qua Deus mundo & in ipsis contentis imigitur. Ceterum opertet omnem benevolentiam institui, primum a rege in subditos, deinde uicissim a subditis erga regem, quibus numerum patris erga filium, pastoris erga gregem, & legis aduersus intenter ipsa, una eademque virtus cum ceteris imperat tum nitore proprie moderatur. Nihil autem ad uitam sibi propter inopia n alterius ministerium acescat, quod ipse sibi secundum naturam satis ministrare posse sit. Quamvis enim omnium sit communio, nihilominus quisque per se sui contentus ibat. Videntur etenim is, qui rebus suis contentus est nullo alio ad uitam transigendam opus habiurus. Quod si uitam altissimam degere oporteat, liquet quod etiam si alia quicquam ei accesserint, nihilominus tamen statu suo contentus manebit. Nam & amicos habebit sive virtutis gratia, quibus cum agens non alia virtute eis utetur, quam illa qua reliquam suam instituit uitam. Necesse est enim, ut cetera omnia hanc virtutem sequantur, cum nihil ipsa praestantius ei adiungi possit. Deus sane citra famulorum & ministeriorum operam, neque imperans cuiquam, neque coronans aut praecoris uoce celebrans obedientes, aut ignominia notans inmoderatos, ipse solus tantam imperij molam gubernat. Sed praebens scipsum imitatione dignum, omniibus desiderium & emulacionem insicit naturae sue. Est autem bonus ipse, atque hoc solum opus agit, idque facile. Qui uero inita-

tur

tur ipsius hoc studio melius omnia peragunt, & illius assimilatio singulis sufficit. Non enim alia virtus est, que Deo accepta facit, & alia que ipsum imitatur. Ceterum rex terrenus apud nos cur non similiter se suisque contentus, & in statu suo absolutus sit? Aspernit enim scipsum unitantem optimo, & omnes alios sibi indecumque similes fieri studebit. Quod si misera necessitas cogat subditos, singuli prontitudinem imitandi remittere solent. Non enim fieri potest ut absque benevolentia alterius alteri simile euadat, quam imprimitus obliterat timor. Utinam humanum ingenium nullula persuasione opus haberet. Et enim persuasio terrene gravitatis negligium, qua mortale animal partipiat. Nam persuasio res est, uicina necessitat, ut quae ea perficere sua opera conetur, quae necessitatem declinarent. Atque sponte naturae honestum amplectuntur, nulla persuasione reverentia monetur, nec enim timorem necessitatem. Posset autem solus rex in hominis animo etiam hoc bonum efficere, ut quod melius est imitando, decorum sequeretur. Illos uero, qui tanquam ebrietate corrupti sunt, & propter malam educationem melioris oblivionem inciderint, oratio adhibita restituit, laborantes sanat, ciclaque obliuione primitatis uitio ipsi innata memoriam inserit. Ex qua persuasio dicta nascitur, qualicet malis orta, boni tamè aliquid producit terram inhabitantibus, in qua quod uitio nature decit propter eius imbecillitatem, oratio inter homines usurpat a resarcit, atque explet. Et rursus. Reuera-

Regis vero rex erit, qui sacram & diuinam habuerit animi  
meditationem, hac enim inbusus persiususque bona-  
rum auctor erit omnium, mali vero nullus. Quintam  
quod futurus sit iustus ut pote ad consummationem pro-  
ptus, cuius conflat, communicatio enim in equalitate,  
& eius distributione sita est. Antecedit iustitia, commu-  
nicatio participat. Nam fieri nequit, ut iniustus equa-  
liter distribuat aut ut non sit ad communicandum pro-  
ptus qui distribuit ex aequo. Continentem vero esse illi,  
qui contentus sit suo statu, quis negaverit? Simptuosi-  
tas enim incontinentie patens est, incontinentia conten-  
tiae, inde plerique hominum mala enascuntur. Vir-  
tus autem, qua suis rebus contentos facit, simptuosi-  
tatem, & que sequuntur eas, h. viduas quam probat.  
Sed cum ipsis principi quendam sit, precepit quidem om-  
nibus, subesse vero nulli potest, quod primum Dei, deis  
& regis propria est, ut nulli subiciantur. Sibi vero ip-  
sis imperant. Unde & auctoritas apud graecos delus im-  
decatur *ταπάτες εστοντες*. Quod autem ista sine  
prudentia fieri nequeant, apparet, & quod prudentia  
mundi Deus sit manifestum est. Ordine enim & consi-  
stitione decenti coniunguntur, absque mente vero non  
possent fieri. Proinde rex quoque sine prudentia non po-  
terit sibi comparare istas virtutes, iustitiam deo, conti-  
nentiam, communicaendi intentem, & ipsis cognatas.  
Eversus de magistratn. Homines in terra tamquam in  
exilio sunt, & essentia puriori nullum inferiores, pla-  
rima terra granantur, ideo si a parente sua agre ex-  
tollantur,

tollantur, nisi quis diuinorum status miserum hoc ani-  
mal meliori parti coniungat, sacrum genitoris aspediu-  
monstrans, qui a nemine conspicere potest. In terra quidē  
& apud nos optimum sane iugementum prae ceteris ani-  
manibus homini datum est. Diuinior autem inter ho-  
mines rex, ut qui nulicum supra communem naturam  
emineat, corpore reliquis non dissimilis, ut potè natus  
ex eadem materia: sed ab optimo artifice factus, qui fa-  
bricauit ipsum, archetypo ex se se sumpto. Virtutata fieri  
posse, ut humana natura nulla persuasione egeret. Re-  
liquie enim terrestris malitiae, quæ animal efficiat mor-  
tale causa sunt, ut sine ipsa de gere nequeat. Siquis vero  
animos suos sit præ alijs diuinor, ille nulla in re persua-  
sione opus habebit. Et ut & Arignotus Crotoniata phi-  
losophus pythagoreus discipulus, qui, ut Lucianus, sacer-  
e voguum habatur. Fuit & Dalethus Crotoniata philo-  
sophus & legislator, qui Crotoniatis ciuibus sis leges  
dedit, atque inter cetera, lege excepsit, ait Lucianus in  
*Apologia*, ut mechini ini cremarentur. Cumque ipse fra-  
tris uxorem polluisse, deprehensus orationem tam lu-  
culentam habuit, ut crues remittere panam uellent, at-  
que exilio tantum cum damnum: at ille magnitudinem  
culpa intelligens in igne ultrò infilij. Fuit & Orpheus  
Crotoniata poeta Epopenus, ait Skidas, idest, qui vera  
non ficta scripsit. Quem Pystrati Atheniensium Ty-  
ranni, familiaritate usum fuisse Asclepiades inquit in  
sexto grammaticorum libro, qua tempestate apud He-  
breos iudices rerum sanctarum gerebant. Cuius sunt Eccl  
teria

teria, Argonautica Heroico carmine, & alia nonnulla.  
Fuit Oeagri filius, & primi Orphei Threicet in suo  
poemate personam induisse videtur: quis se Oeagri flu-  
minis & Callipes filium fecerit. Orpheum autem Threi-  
cum Troiana tempora precessisse perspicuum est. In  
Orphei uero Crotoniatis Argonautico multa referuntur,  
qua post excidium Troianum peralata sunt. & Al-  
cino regis mentio sit, & aliorum, qui in Odyssaea cele-  
brantur. Licet Aristoteles apud Ciceronem de Nat.  
Deor. libro primo, dicat Orpheum poetam nonquam  
fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici cuiusdam  
Cercopis fuisse scriant. Plato uero scipione de Orpheo  
meminat. & Etepiades & Suidas dicunt Orpheum di-  
xisse verum omnium principium esse phanorum, id est,  
amorem, qui primus ex dia apparuit. Fuit a Pythagori-  
ci eruditus aut Constantinus Lascaris. Fuit & Democides  
Crotoniatis Caliphontis filius medicus celeberrimus  
Darij tempore, cuius incunxit Plinius libro pri-  
mo, e cuius libris nonnulla excerpit. De quo Herodo-  
tus libro tertio ita scribit: Pollicrates ad Oroetem na-  
vigans, cum aliis, tunc uero Democidem Caliphontis fi-  
lium Crotoniensem medicum, qui canem artem apud suos  
praelarissime omnium exercebat, fecit duxit. Sed Oroe-  
tes Pollicratem cruci suffixit. Darij mandat Persis,  
qui in sardibus erant, ut Oroetem interrimant. Contigit  
autem non diu post, ut in venatu ferarum Darij rex,  
dum ab equo defilat, pedem intorserit, uchementerque  
laxauerit, nam talus e nocturis amotus est. Existi-  
mans

m. i. itaque apud se, ut prius, habere ex Aegyptiis  
cui, qui primi putarentur arte medicinae eorum opera  
mitabantur. At illi torquendo pedem, ac violenter trallata  
do plus male faciebant, adeo quidem, ut septem dies to-  
tulentesque nodos Darius praemolestia, qua afficiabatur  
transfergerit insomnes. Ollano die eidem male habet  
ut quidam Democides Crotoniensis mentionem facit,  
enim de artificio prius iam inde in sardibus audisset.  
Darius hominem quam ecclerime accersit ad se iubet,  
ille ut inter captivos Oroetis inuenitus, ubi pro neglegendo  
habebatur, in medium propositus est, sicut erat panno  
sui, ac compedes trahens. In medio positum Darius in-  
terrigit, nonquid cam nosset artem? Democides uer-  
itas ut si se proderet, usqueque Graecia primaretur,  
dissimulavit. Sed dum uidetur notitiam artis praese-  
fieri, Darius iussit eos, qui hominem adduxerant, uer-  
berem & tormenta afferre in medium, tum ille simula-  
tione missa, se planè sciens artem illam negavit, sed ali-  
quoniam uitam eius consuetudinem, quam cum medico ha-  
buerat. Fallaque ei potestate curandi gracie medicamen-  
tis utens, & lema post aeria admouens Darij eis  
potem somni fecit, & brevi tempore in columnam reddi-  
dit, cum iam se inuictum fore ad incedendum desper-  
rasset. Ob quam curationem cum eum Darius duobus  
auararum compedium poribus donasset, interrogauit  
Democides, numquid ideo duplice se malo remuneran-  
dum putaret, quod ab eo sospes ipse foret effectus? Hoc  
dilecto Darius delectatus ad suas uxores hominem mi-  
litare fit.

*fit Eumuchi, qui eum deducabant ad seminas, dicebant  
hunc esse, qui resiliisset animam regi. Tunc carum sua  
gula auream phiala thecam suffigentes Democidi  
donaverunt, tam amplio misere, ut excidentes ex per-  
cussione phialarum flateret, famulus, qui sequebatur,  
nomine Sciton collegit non parvam auri sumam.  
Hic Democides hunc in modum è Crotone profellus  
cum Policerate consuetudinem habuit. Cum a patre sa-  
ne iracando Crotone cobiberetur, nec eum tolerare pos-  
set. Illo relitto abiit in Aeginam, ubi commoratus u-  
num annum primos medicos transcedit, et si impara-  
tus erat, & nihil instrumentorum habens, que ad artē  
medicina pertinerent. Ex quo factum est, ut sequenti  
anno Aeginata eum talento conduxerint. Atheniens-  
es tertio anno centum minis. Policerates quarto anno  
talentis duobus. Ita in sumum profellus est. A quo ui-  
ro non minimum Crotonienses medici specimen acce-  
perunt. Tunc uidelicet eum per Graciam medici Croto-  
nienses primi numerabantur. Secundi Cirencii. Tunc Su-  
sis itaque Democides Dario sanato maximas ades ob-  
tinet, & cum rege ad mensam sedebat omnibus re-  
a rege bonis affluens, propter hanc unam, quod in Graciam re-  
dire non posset Quintiam Agyptios medicos regem  
curare solitos, cum essent patibulis suffigendi, quod à  
greco medico superati forent, impetrata a rege uenia,  
liberavit. Liberavit item Vaticinum quendam oculum,  
qui Policeratem sequutus fuerat, & inter captiuos pro-  
neglecto reliquis. Denique maximi momenti apud re-*

*gen Democides erat. Interiello deinde breui tempore  
inter alia cōtigit, ut Atossa Cyri filia erat Darii uxor,  
in māmilla aliena oriretur, deinde resciſſio porro gra-  
faretur. Quid ista quoad fuit exiguum p̄ ea pudore oc-  
cultans ne animi indicaret, sed ubi male tam habebat ac  
cessito Democide rem offendit. Ille se redditū sanam  
affirmans adiurat eam, ut sibi uicissim ipsa inferiat,  
in eo, quod orauerit, oraturum autem nihil, unde dede-  
ci redundant. A quo, posteaque in curata est, edolla.  
Dariu, dum cum eo cubat, ut Democidem nimirum ma-  
xime idoneum ex omnibus ad demonstrandas Persis  
res gratas, atque exponendas mittat, monet. Darius,  
ubi primum illuxit uictis quindecim Persarum spella-  
tis praecepit ut sequentes Democidē oratione gracie mar-  
itimā collabrant, nem committerent, ut Democides  
ab ipso auſuget, sed rursum eum omnino reducerent.  
Hec illis ubs praecepit, secundo loco Democidem ipsum  
ad se accersitione orat, ut exposita atque demonstrata  
Persis omni Gracia, rufus redeat. Inbetque eundono  
ferre patri ac fratribus omnia sua utensilia, affirmans  
se alia multo plura illi daturum, ac preter dona missu-  
rium ait que una iter faciat onerariam uaria omnisfa-  
rū bonis refreſam. Hec Darius nullo doloso consilio,  
ut mea fuit opinio, mandauit. Ille tamen veritas ne se  
Darius tentaret et quam fugitum, si cuncta sibi obla-  
ta caperet, respondit, se quidem sua illic relinqüere uel-  
le, ut ea reuersus sibi habeat. Verius nam uerariam,  
quam Darius promiscebatur dono fratribus accipere.*

Darius postquam hac Democidi praecepit, homines ad mare dimisit. Ipsi cum Phoenicem descendissent, & ex Phoenice in urbem Sydomem, confessim duas tritemes instruxerunt, & simul iagentem onerariam multisariis bonis implenerunt. Comparatisque omnibus in Grecia trahsciunt, & adeuntes maritimam eius loca intuebantur, atque describebant, tum pleraque ac celeberrima loca Grecia contemplati in Italiam Tarentum transniserunt. Ibi Aristophilides Tarentinorum rex & ipse Crotoniensis gubernacula medicarum navium resoluti, pariter & ipsos Persas disfissit, tanquam certos exploratores. Interea dum isti patiuntur hac, Democides Crotonem abiit in domum suam, quo abeunte Aristophilides Persas missos faciliter restitutis his, que de navibus abstulisset. Ille Persae navigantes ac Democidem persquenter Crotonem peruenienti, nactique in foro Democidem prehendant. Cui Crotoniensem quidam Persicus ante reformatores tradere parati erant. Qui dum è diuerso inieclis manibus Persas fusilibus cedebant his uerbis commonefacientes, iuri Crotonenses considerate quid facitis, qui hominem regis fugituum eripatis. An ex iis uobis erit hanc iniuriam regi Dario intulisse, ac uobis bene cedat ista facientes? si nos dimiseritis, cui enim primus, quidm huic urbi bellum inferamus? Aut quam priorē diripere conabimur? Hac dicendo nihil magis Crotoniensibus persuaserunt, qui nemo non modo Democide sed etiam oneraria vasi, quā secundū duxerant, priuatis sunt. Atque ita in Asiam reversi

versi omisso iam studio discendi ulteriora Gracia duce p̄fundati. Quibus tamen in digressu iste mandauerat, ut Dario diceret, Democidem ducere uxorem Milonis filiam. Erat enim apud regem celebre nomen Milonis Inflatoris. Quas nuptias mihi uidetur Democides eo tempore properasse, magna erogata pecunia, ut ipsius etiam in patria sua spectatū esse Dario appareret. Scripsit Democides libri. Quo tempore, ait Timaeus apud Athenarum libro duodecimo, Persae caperunt Democidem Crotoniatē conatis sunt soluere festum Olympicum proponentes premium argenteum opulentissimum. Quidam uero id fecisse aucti Sybaritas. Antea enim uictores coronis coronabantur aut laureis, aut myrtleis & buuismodi. Talentum autem (quia de eo hic metio facta est) sextentis aureis uomis scutatis ualebat, ut latini in libro de eternitate urbis ostendimus: mina ue ro attica centum drachmis sine denariis romanis, hoc est decem aureis uomis scutatis. Fuit & Diuonon Brōtini Crotoniate uxor Socrates & discipula Pythagoræ. Quæ admodū docta fuit & sapient, & virtutibus praecellens, cuius pulebrum illud dictum extat. Mulierem a uiri sui congressu surgentem sacrificare eodem die de bere. Quid ipsam in Theanone m eius filiam nonnulli referunt, Fuit & Phillys sine phrynti Crotoniatē filia Theophrī, sine ut alii, Calicratīs pythagoræ discipula, eiusque dogmatu studiosa. Scriptis quodam. Hec in libro de temperantia mulieris apud Stobēum in uarialibus, præter cetera, ait. Mūdix onerino bona

& modesta sit. nam sine uirtute nunquam talis fieri potest. Omnis uirtus enim id cui contingit laudabile reddit. Videndi uirtus oculis, audiendi aures, equi equum, pueri uirum, sic & mulieris mulierem. Est autem prima uirtus mulieris temperantia, qua nimirum suum colere et amare poterit. Multi fortassis existimant philosophari non decet mulierem, ut nec equitare, neque coniugari. Ego autem sentio opera quadam propria uiri esse, alia mulieris, nonnulla utrisque. Communia item alia potius ad mulierem, quam ad uirum pertinere, alia contra, uiri propria sunt exercitum aut remp. gubernare, concionari. Mulieri autem peculiare est custodire domum, manere domi, expellare, & bene tractare maritum, utrisque communia nomino fortitudinem, iustitiam & prudentiam. Quippe cum corporis uirtutes & uiran, & mulierem possidere decet, tum anima similiter. Et ut corpus habere sanum utrisque prodest, sic etiam anime sanitas. Corporis uirtutes appello sanitatem, robur, sensuum integratatem, pulchritudinem. Ceteram sunt ex virtutibus, qua magis uero conuenient, ut fortitudo, prudentia, cum propter corporis habitum, tum anime facultatem. Alia mulierem magis decent, ut temperantia. Quocirca hac uirtute instituenda seire opus est ex quatuor, quibusque hoc bonum mulieri constetur. Constat igitur ex ipsis quinque & primum ex saeculitate ac pietate circa matrimonium detinere ex ornata corporis, tertio ex egressibus e domo propria, quarto abstinendo bacchanalibus, & matris Deum festis,

quinto

Audier  
e  
mulier  
tum

quinto ut sacrificijs erga Deum cura sit & moderata etiam dilectis maxima & precipua causa temperantia est, que facit, ut circa coniugium incorrupta sit uxor, nec alieno uiro commisceatur. Principio enim hac parte si peccet, offendit natalios deos, ut quia domini & cognationi non germanos auxiliatores, sed spurious exhibeat. Quintam perfida est erga naturae deos, per quos inserviat una cum parentibus & cognatis suis & consilicium legiūne cum marito ad uite communionem, & liberorum procreationem. Et in patria quoque peccat non persistens in eius statutis. Deinde in hisce rebus delinquare, quibus maxim. i pena constituta est, mors ipsa propter magnitudinem sceleris, quod uoluptatis causa & peccati & econsumitur, omnino nefarium, omnique uenia prouersus indignum est. Petulantia autem sceleris perniciens est. Considerandum est illud, quod nullum inservia sit remedium purificatorium huic delicti, ut templa deum ingrediente, arasque accessdens casta & amabilis Deus esse possit. Nam hanc sceleri maxime Deus etiam infestissimus est, atque ignorat minime. Imprimis vero honestam & matrona pudicitudinem suam erga uirion per formam liberorum suorum testari. Quod sit si liberis referant typum similitudinis, sui generis. Et hancen de ipso coniugio. Ceteram quid ad corporis ornatorem illum probo, qui albus, simplex, & minime superfluis fuerit. Vestes translacidas, uarias, discolores, & a bombice contextas corpori non induat. Sic enim nimipum ornatum, luxuriam, & complicitatem effugiet,

Z 4

effugiet, nec improbo Zelo alios afficiet. Aut si & simradum omnino non usurpet, nam & nimis constat, & superbiam præ popularibus arguit. Ciuitatem autem bene insitam per omnes sui partes ex aequo rede cōflitui, afficiq; mutuo consensu, & similibus iuri legibus, atque huiusmodi rerum opifices expellere oportet. Faecies uero non ascitio & alieno colore decoreretur, sed genuino & proprio corporis, & aqua simplici abluatur, ac pudore polissimè ornatur. Ita enim tunc uirum, tum seipsum honorabilem magis efficiet. Egrediantur autem domo atrae populares sacra factura Deo ciuitatis, principi, & custodi pro se & maritis suis, totaque familia. Verum nec instantे nolle, neque uespera, sed foro hominibus pleno palam exeat mulier uel ad spectandum aliquid, uel emendandum ab sua ancilla aut plurimiis duabus horaeclè deducita. Fiant autem sacrificia diis frugaliæ, & profectatibus. Cetera Bacchi & matris Dei sacris domi celebrandis abstineant. Etenim ciuitatis publica lege constitutum est, alioqui nec festis huiusmodi intersint. Et sanci inducent cibricates, mentemque alienant ista ceremonia. Matrem familiæ ait enim, qua dominus regenda pœnit, temperantem, pudicam, & intellam esse conuenit. Erubescant uunc christiana miliores luxu & delicijs diffuentes. Fuit & Damea Crotoniata statuarius celebris. Opus eius in septo ostenditur, quod altim vocant. Hic Milonem celebravit, ait Pausanias in eliac. Fuit & Patroclus Cratylli filius statuarius, cuius meminit Pausanias in Eliacor. Qui fecit simulacrum

simulacrum Apollinis, capite inaurato in Olympia dedicatus a locis Zephiriis. Maxime quoque ualuerunt Crotoniata palestra, in gymnico certamine. Fuerunt itaque ex ipso urbe Athlete olympionici celeberrimi complures, qui multas uictorias domum reportarunt. Olympionicos autem, ait Cicero in Oratione pro I. Flac., apud Grecos propemodus erat & gloriostius, quam Regne triumphasse. Fuerunt igitur illi septem, quos in unius Olympiadis ludis carceros stadio superasse Strabo prodidit. Fuit & Claucius Crotoniata, qui, ait Pausanias in Phocicis, uicit Olymp. xviij. Tertio uero anno huic Olympiadis iudicis premia posuerunt. Fuit & Diognetus item athleta, qui, ait idem Pausanias ibidem uicit anno primo viii. Olymp. Fuit & Thaylestris Olympionica celeberrimus, quem derant auit Aristophanes porti in achæanibus. Qui Graecia periclitanti in rebus perfidis una nasi auxilium traxit. In honorem cuius magnus Alexander multas exuicias Crotoniatis dono misit, uti Plutarchus in Alex. commeminit, ita scribens. Alexander ad Crotoniatas quoque in Italiam magnâ exuiorum partem transmisit ob Thayli decus & gloriam in pigri & fortis athlete, qui medico bello cum Grecos ceteri deslitas est Itali, propria triremi salamnam nauigavit, illius periculi communicationem suscepit purus A deo omnia uirtutis opera summo studio & benevolentia obseruabat. In ludi Phocicis, ait Pausanias in Phocicis, duas uictorias est consequens, tertia in stadio. Eins statua est in Delphis. Et rursus. Is uero, qui

qui eas exercebat Pentathlus dicebatur. Pentathlus autem certamen seu exercitatio quinque artes gymnaſiales continebat, discum, cursum, saltum, palestram, & iuuentationem. Vicet enim Phaylus, aut Ioannes Tzetzes, laula, pugillatu, discu, cursu, saltu, & omni genere ludo rum. Saltans pedes quinquaginta sex. Iecis discum perdes nonaginta quinque. Itē Suidas inquit. Phaylus cursor optimus Olympionicus, de quo Aristophanes in Vespa.

(hunc cepti.

Quando cursorum Phaylam existet ualde iuuenis ad Impellens conuicti calculis duobus. Fuit autem & armatus. Cursor celebris, quem hedonitem traxit, id est uocatorem uocabant. Fuit etiam quinqueior de quo est distichum.

Quinque super quinquaginta pedes saltauit Phaylus. terii autem discum centum quinque manus.

Fuit et Philippus Butacides, olympionicus. De quo Herodotus libro quinto inquit. Dorico & mitre & mortiscomes fuit Philippus Butacides vir Crotoniata, qui despōsa sibi Telys, Sybarita Crotone profingerat, abnegato matrimonio transiit Cyrenum, ex hac discedens sectatus est familiarem triremem, ac familiariter nitorum sumpsum, quod esset Olympionices id est uillor certaminis ad Olympia, & omnium illie grecorum speciosissimus. Ob quam corporis speciem ab Aegestante ea, que nemo alias reportavit. Nam sepulture eius heroiico monumento extruxit. Aegestanti hostias offerens fuerunt & Astylus, qui & philosophus fuit Pythagoras.

gora discipulus, & Isomachus, & Tiscrates atlete: de quibus Dionyſius Halicar. Commemoravit, qui plures in Olympiacis ludis uictorias sunt assequuti. Quorum Astylus, ait idem libro oclavo, uicit Olymp. trigesima septima C. Iulio & P. Pinario Ruso Cons. Isomachus autem, ait idem libro quinto, uicit his Olymp. sexagesima octava, quo tempore Porſenna Romanis bellum intridit, & anno quanto Olymp. Ixix. post reges exablos. Tiscrates itidem bis uicit Olymp. Lxxi. cons. Auto Semino & M. Minutio. Et Olymp. Lxxii. cons. Auto Virginio & Tito Petasio. Astylus cu[m] tribus continuis Olympiis uici, et stadio, diaulo, & dolicho posita est statua. Quem perpetuo uirginitate habuisse predicitur. Plato libro oclavo d[icit] leg. tradit. Est autem diuinus cursus recti processus, recte duplex obcurandi scilicet stadium, ac mox redundi statuum duorum stadiorum longitudine idest i.e. pass. Dolichus vero est statuum duodecim stadiorum, idest M. v. pass. uel ut Suidas, uiginti quatuor idest, m. pass. iiiij. De Astyllo Panoramam in Eliac. ait. Astylus Crotoniata pythagore quidem opus, tres continuas uictorias Olympicas stadio & diaulo est consequatur. Non iam autem in duabus ultimis in gratiam Ieronis tyranni se Hyacinthum praedicavit Crotoniaste domine eius carcerem esse constituerunt, & statuam eius iuxta Iuroensem Lacedemoniam existentem sustulerunt, & bona insuper publicarunt. Fuit & Timasibene athleta, quem atate iuuenem Milo in Olympia superare non quivit. Fuit & Argon athleta robustissimus, qui

qui & philosophus Pythagore & discipulus, qui a Milone persuasus in Olympiam iuit certaturus. Quem decubauit Theocritus Edyllo quarto. Vbi Coridonem, Aegonis bubulum sic facit loquentem  
 Interdum quidem ipsam in Aesaro pascere  
 Et mollis graminis bonum fasciculum do  
 Aliquando autem saltat obscenum circa latynnum  
 Et quidem in Malimno impellitur, atq; partes Phryci.  
 Et in Neathum, ubi bona ovina nascuntur  
 Egipyrus & Cnyza, & odorifera melitea  
 Lando illamque Crotonem, & illum in orientem Laci-  
 nian, ubi ille pugil  
 Aegon, qui oltuaginta solus deuoravit panes  
 Hic & taurum a monte humeris duxit prabendens  
 Virgula & dedit Amarylidi. Eius interpres, Latym-  
 nus inquit, mons est Crotonis nemorosus. Phrycus mons  
 ibidem pascua nimium bobus idonea habens. Malim-  
 nos paludis iuxta Crotone. Aegon, ait Ioannes Tzet-  
 zes in montes currens tauros superabat, & ungulas  
 a tauris uiuentibus aneliebat, quos humeris sustulens  
 amicis & pueris, & mulieribus donabat. Erit & Mi-  
 lo, ille sanequam robustissimus Diotimi filius, Pytha-  
 gore & discipulus adolescens. Qui, ait Solinus, supra ho-  
 minum naturam erat. Florus ut quidam tradidit, Tar-  
 quinius Prisci temporibus, de quo Plinius ait. Milo Cro-  
 toniata taurum quadrinum in Olympia certamine iei-  
 nude dextrae occidit, & humeris sustulens stadij spa-  
 tio portauit, eumque eodem die consumpsit. Vnde per-  
 mia

minoria est, bouem in faucibus portat. Huiusque rei me-  
 munit quoque Cicero in lib. de senectute, & Athenaeus  
 lib. decimo, qui sic ait. Milo Crotoniata minas vaginti  
 carnium comedebat, totidemque panum, bibebat que  
 tres choas uim, uelut Theodorus Hieropolites in libro  
 de certaminibus testatur. At in Olympicis quum qua-  
 drinum bovem supra humeros assumpsisset, per stadiumq;  
 circum traxisset, ac postea cecidisset, solus eodem die to-  
 tum comedit. Titomusque Aetolus cum eo bove depo-  
 sito decerpit, ut narrat Alexander Aetolus. Scribit  
 Philarchus in historijs libro tertio Milonem taurum  
 edisse cum ante aram Iouis esset vocatus, quare haec in  
 eum scripsit Borieus poeta.  
 Talis erat Milo, qui inter certamina olympi  
 Quadrinum e terra sustulit bouem  
 Supra humeros, agnus uelut ingens ultima capta est,  
 Quam leuiser circum pertulit hic spatiis  
 Horror erat certe hoc, magis ac mirabile fecit,  
 Ante sacrum Pisa uis peregrina locum,  
 Non taurum uelut in carnem, qui hand coniugis expers  
 Quem cedens edit solus & illa die.  
 Huic, ait Panthonias in Eliac. Sex Olympia palestra uis  
 Glorie suere. Ex quibus una inter iuvenes. In Pythijs  
 autem certaminibus sex inter uiros, una inter iuuenies.  
 Professus est & septimo in Olympia luctatus. Sed  
 Timasibem ciuem suum Crotoniatam etate iuuenie  
 superare non ualuit, quin neque prope eum accedere.  
 Dicitur autem Milo suam ipsius statuam in aliis talis  
 se.

sc. Est autem altis lucis sine aditus in Olympia circum templum Iouis. De quo Milone Pindarus ode x, & Aristedemus. Aiant autem ipsum ita malum punicum consumuisse, ut nec conantibus evipere permitteret, nec malum ipse premendo collidere. In disco præterea ita constitisse, ut orines irruentes, trudentesque, ac de disco educere nientes derideret. Præbebatur autem ex alia huiusmodi complura ad ostentationem. Alligata etiam fronti chorda aequa ac si teniam aut coronam circumposuisset, anhelitum intra labia continuebat, & capite uenae ita sanguine replebat, ut pro uenarum uiribus chordam dissumperet. Dexter & quoq; manus quod ab humero ad gubitum lateri admonebat, quod uero a gubito extat in rectum digitorum protendebat, ex quibus pollice sursum uersus reflexo, reliquis sibi inuicem per seriem incubentibus nemo ut maximo quidem contuminiuum digitorum correxisset. Et diuinus Basilius in libro de instituenda studiorum ratione: Milo, inquit, in clipeo uicto stabat, nec de pollis ab eo nulla in poterat, sed resilebat non secus ac statua quadam plumbō affixa. Et Plinius libro septimo: Crotoniatam Milonem athletam, cum stetisset, nemo uestigio edacebat, m. lumen tenetū nemo digitū corrigebat, ex currisse M. cccxl. Stadiz ab Athenis Lacedamouem biduo. Item Strabo libro sexto ait. Fama est columna quandoque in philosophorum contubernio laborante Milonem subuentem saluos reddidisse universos, deiuque serpium extraxisse. Hic, ait Plinius libro septimo, itemque Solinus, alestorij

alestorij gemis in ventriculis gallinacorum innentis crystallina specie, magnitudine fabæ in certis omnibus natus intulit fuit. Atque, ait Ioannes Tzetzes, Crotonia tis in bello aduersa Sybaritas præfuit. Quia ut Hercules a Crotoniatis coronatus fuit: nam cum centum milibus Crotoniatarum trecenta Sybaritarum millia trucidauit, ut Diodorus & Herodotus aiant. Hunc Crotoniatae Iunonis sacerdotem instituerunt. Hic, ait Cicero in libro de senect. cum senex esset iam, athletasque se in curriculo exerceentes uidore, aspergisse lacertos suos dicunt, illacrimansque dixit, at hi quidem iam mortui sunt. Notans quid corporis uigorem adimit etat, animi uis ad extremam usq; durat etatē. Ita Ovid. Metb. xv. Pleisque Milo senior, cum spectat manes Illos, qui fuerant solidarum morte serarum Herculeis similes fluidos pendere lacertos. De morte autem eius ita scribit Strabo: Milonem servant, cum profundam densamque per sylham iter faceret, longe a trauite demissasse, truncum deinde ingenem ad aliis cuneis inuenientem, infertis manibus pariter ac pedibus in scissuram eius hiantem, ut penitus discinderet, esse contum, tantum autem solummodo ualuisse, ut exilirent cum mei, ligni uero partibus statim in sece coquuntibus derelictum in eius generis laqueo a feris devoratum fuisse. Id etiam Ouid in Ibis, & Cicero, & Valer. Max. commemorat. Eius statua anea Ephoris erat, ut Philosistrus libro quarto prodit, ubi sic ait: Ephoris Milonis anea statua erat hoc modo. Erat Milo super discum positus,

situs, simulque nimis pedibus inniti uidetur, sinistra autem malum punicum tebet, dextra uero manus digiti regni & regentibus similes appareat, caput uita redimitum. Fuit & Phormio dux rei militaris peritus: de quo Suidas ait. Phormio, de quo & Theopompus in Philippicis mentionem fecerit. Fuit autem Crotoniata, & in Sagre pugna vulneratus est. Cum autem natus curatu difficile esset, oraculum accepit ut Lacedemonem adiret, eum fore illi medicus, qui primus ad eam se uocari. Vbiigitur Spartam uenit, cum ex uehiculo descendisset, ad conanum a iureme invitatus est. Atque inter conandum, ad quid uenerat interrogatus, oraculum exposuit. Q[uod] cum ille audisset, ab habita abradens vulneri impulit, utque ex cornu discesserunt, cum sedi uideretur ad currum ascendere ad ianuam sue ipsius domini apud Crotonem deprehenditur. Verum & divina hospitalia minera ipsam agentem uocauerunt Ioris filii ad Balium, qui apud Cirenen erat, ac surrexit balsami uirgam habens. Pronerbismus autem est, Phormionis thor, de stratis sordidis ac frangibilibus. Hic enim Phormio bonus fuit militiae dux, & in instruendis milite ordinibus uilettar fuisse per quam laboriosus. Scribitur autem Phormio duabus nauibus pugnis Lacedemonios uicisse. Fuit & Leonymus Crotoniata, qui Crotoniaturum exercitus ad Sagram dux fuit. De quo Pausanias in Laconice ait: In Euxino ad Istri ostia insula est nomine Leuca uiginti stadiorum ambitus, sylvis densa, fertisque, ac cibis animantibus

ribus reserta Achilli consecrata in qua eius templum est, & simulachrum. Ad hanc dicitur primus naufragij Leonymum Crotoniata. Nam bello a Crotoniatis confuso aduersus locros, lorenensisque ob familiariatem, quam cum opimis habeant, Aiacem Oileum in prædio inuocantibus, Leonymus Crotoniataru ab hostiis vulneratus fuit in pectori, ob quod gravior laborabat. Oraculum autem prædictum, quod ibi ab Aiae uulnus curaretur. Itaque etiam sanatus ex insula redisset, uidisse aiebat Achillem, & Olei ac Telamonis Aiacem, & cum ijs Patroclum, atque Antilochum, Helenam præterea cum Achille habuisse afferbat, sibiique mandasse, ut Himeram proscitus Stefchoro uidearet ex Helenes ira ipsum oculorum morbo labore. Stefchorus hac de causa palinodiam composuit. Est Croto sedes episcopalis actuissima, ut potè diu Dionysii Areopagite discipula. Conslans fama est apud Crotoniatas ab usque Dionysii tempore posteris per manus tradita Dionysium ipsum Romanam petentem Crotoniensim divertisse, & Crotoniatas ad Christi fidem convertisse. Quocirca Crotoniatae in signo tinitatis Dionysii effigie utuntur. Ioannes episcopus Crotoniensis interfuit synodo Romana sub Vigilio papa. Et Petrus episcopus Crotoniensis interfuit synodo Constantino politane sexta sub Agathone papa. Et Theotimus episcopus Crotoniensis interfuit synodo Nicena secunda sub Adriano papa. Celebratior Crotone quantoque anno nobile emporium. De aeris autem salubritate, ac celi elementia

*S. Leonis  
Graecus*

iam dictum est. Solum hoc felix est & amatum, & amplius, non usq[ue] rupibus, non stagnis impeditum, sed aut campestre est, aut amantis collibus distinatum. Ceterum mandua facunditas ac bonitas. Aras insuper locae herbida sunt & pascua armentorum gregariaque pabulis accomodata, cingitur & urbs nimis ac perspicuis fontibus, & hortis irriguis. In molendis frugibus pistrinis utuntur. Fit hic simulago triticca ac globuli probatissimi, ac sigilla opera non vulgaria. Finit & uina clara. Nascitur in Crotoniatu agro rubrica fabrilis, & capares laudatissimi. Fit sesama & gossypium. Oritur & herba, qua masticeum fundit, de qua alibi diximus. In ade cœnobitarum domini Francisci beati Pyrrhi corpus quiescit. Secundum urbem Aesarus fluvius labitur, qui olim per media urbem, ut ostendit, fluebat. Quem Dionysius Aphr uocat amenanum. Et eisdem nominis portus, ait Strabo lib. sexto. Inter Crotone et Syberenam Leonij urbis vestigia uisuntur. Extat adhuc episcopalis sedes. A Crotone in p. iuxta Neathus fluvius navigabilis labitur. De quo Strabo libro sexto sic scribit. Aesarus fluvius et portus, et fluvius alter Neathus nominis, quorū cognominae causa promenisse dicuntur. Nam in Achimorum errore quosdam ab Ilisca classe applicuisse, et ad locorum explorationem egressos, Troianas mulieres nauigationis comites tam longi pertusas pelagi cursus naves incendiisse, quas uiris desertas esse nouerant, qua ex causa illi mansisse coacti sunt. Præserim ceterum terrarum virtutem cernerent, cœstigioque plurimos

non alios aduentantes, & pro sanguinis necessitudine ipsos imitantes multas habitandi effectisse sedes, e quibus plures Troianorum similem appellationem assecutus sunt. Ne et huiusque etiam ex nosterum euentu uocabulum uendicauit. Et lycopron in Alexandra.

Et Neathus ubi fuit ad mare

Interficiunt autem illum Auxoaces, Pellenij.

Super quibus urbis Usacis eius interpres ait. Secundū Apollodorum & alios Laomedontis filias, Priami sorores Estryllā, Astyochen & Aledesicas tamen postquam illuc in Italiam cum reliquis captiuis pervenissent, uitætes Graecorum seruitutem suasse alij, ut naves graecorum uiris uachas, cum in terram defondissent, comburent. Unde fluvius Neathus dicitur, et nays idest natis, & Aetho ardeo, & mulieres illa nanoprestites di-  
cti sunt. At græci, qui cum illis erant, exuistis namibus ibi habitarunt. Plutarchus vero scribit fuisse captiuanam Romanum nomine reliquis consilientem ut exureret græcorum naves, lycopron autem Secundum frisse ait auxiliuus feruentem Lydis, sociiique, ut dixi, Rhodijs. Quæ mulieres hoc deliquio passide nires osculis & amplexibus placuerunt, ut Plutarchus in problematicis auctor est. Hinc mos remansit, ut mulieres propinquos & affines oscula exciperent. Ubique sunt & alia Graecorum naves a Troianis mulieribus captiuis circa Sybarim & Crathim Calabrie amnes, at ibi ex lycoprone dicemus. Hoc flumen Naso saltemnum appellat. Post Neathum in passo Strongills ciuitas est, sedes episco-  
*Strongili  
A. 1. 2. 3. palis Macella*

palis adito loco, rupibus undeque fere septa abest  
a fredo m. p. tribus, a senerena duodecim a Crotone toti-  
dem. Macalla sine Macalla olim dicta, ab emolliendo,  
ait Stephanus, quod ibi emolitus sit Philoclees geni-  
le nomen macallens. Est quidem uetusissima ab Au-  
xonis, aut certe ab Oenotrijs condita. Huius urbis me-  
minit lycophyron in Alex. ubi ait.

*Et rursus in Macalla templum incole magnum  
Super tumulum extruentes, granum Deum  
Libationibus honorabunt, & sacrificiis bouum.*

Super quibus uerbis Isachus ait. Macalla urbs est Ita-  
lia ubi sepulchrum est, & templum Philoclees ab in-  
colis conditum eique dicatum, cui bouum sacrificia im-  
lant, ut si Deus immortalis esset. Inde, ut apud quendam  
scriptorem legi, dicta fuit Tiropolis, que persecutionis  
rabiem passa est a Muri Cretebus, & Cartaginien-  
ibus. A quarum scaturiginibus affluit, circum enim  
urbem fontes pluviani secent. Fit hic semilago tritica  
laudatissima. Ager hic opimi frumenti et aliarum fu-  
gum serax est, & armentorum, pecorumque periblis  
accommodatus. Fit gossypium, et sesama, uasentur cap-  
pores, & fanicula marina sunt et testudines terrestres:  
Finis auchepia tartarorum, tardorum, palumborum, et  
aliarum paruarum aliom. In molendis fugibus utim-  
tur pistriini, & molendinis uero agitatis. Hic lapis est  
latinis literis sculpitus, aliunde huic delatus. In quo ca-  
pita sunt duo testamenti eiusdem, quo testator uine  
collegio Augustalium urbis Petrenae legat. Hinc qui-

dam

dum Strongilem Petrenam faisse opinati sunt. Sed lon-  
ge decipiuntur, nam Petrenia alibi esse ostendimus. Par-  
te levam p. tribus Melissia uenustum oppidum est adi-  
to loco ab ape dicta, aut fortasse a Melisso Cretensi re-  
ge, aut Melissois Crete populis conditi: cuius melissensis  
& melissius. Cuius meminit Ouidius lib. xv. ut dudum  
ostendimus. Distat a mari m. p. septem. Ager hic fer-  
tilis est. Sunt aquae sulphureæ Fit Xilon, et sesama pro-  
uenit iuniperus. Supra Strongilem parte dextra m. p.  
quatuor casionem castellum est. Abest a fredo m. p. se-  
ptem. In hoc agro Ababastites nascitur. Et gypsum e  
terra foditur. Est & sulfur, et iuxta Cinga nucus est, ubi  
fontes sunt sulfata aquam manentes. Intus est Cacurius  
oppidum adito loco, in radicibus Sile sylva suu, distat  
a Crotone m. p. duodecimgenti a Policastro id est a Pe-  
trenia octo. Hic sal fossile nascitur. Extant & sulfurea a-  
qua. Fit olei copia. Pronenit reponitum. Ex hoc op-  
pido fuit Franciscus Simonetta utroque iure peritus vir  
medius fidius prudens, & apud Franciscum Sforziam  
Mediolanensem principem magna auctoritatis. At-  
que Mediolani pratorum egit. Iohannes eius frater mi-  
grui ingenij vir bonarum literarum peritus, apud eum  
deinceps principem magna extimationis. Ingens opus unius  
& triginta librorum Francisci Sforzia gesta continens  
adidit. Viget etiamnum Mediolani Simonetatum fami-  
lia, ex qua fuit Iacobus Simonetta utroque iure doctus,  
& diuinis literis eruditus. Ob quas uirtutes a Paulo  
Sforzio Rom. Pont. Cardinalium numero fuit adscriptus.

AA 3

A Cacurio

Melissa

Cinga.

Cacuri.

A Cacurio m. p. quatuor et diu Ioannis a score cognitiae ades Cirsteriensium monasterium, a Ioanne Iochino abate constructum, in quo multorum sanctorum fructu afferuntur. Post Cacurium leja fluvius, labitur. Inde Cerentia sua. Gerentis civitas est, quasi melificum. Pumentum olim dictum ab Oenotrijs, sive ut Strabo fert, a Philotheo ad hunc loco super saxum conditum, vel alium propaginaculm undique ingentibus saevis rupibus contum. Aet hic saluberrimus est. Distat a Cacurio m. p. quatuor, a mari quatuor et viginti. Fuit sedes episcopalis, cuius meminit Ioannes Iochinus abas fice pro gerentius, maxilla interposita, gerentius depravate legatur. Hinc urbis episcopus fuit Bernardus abas secus sine discipulis. Ioannes Iochini saltus uite vir. hic una, olea et mella clara sunt. Oliva ad amygdalarum magnitudinem erat, et carnosae conditae in eadis optima sunt, et sic. Ager hic fertilis est. Fit semina tritica optima. Extant sulfurea aquae multis locis. Fit sulfur, nascitur sal fossile, et alabastrites, sive lapis alabastrite similis, et lapis, ex quo sit alumnen, quo oppidani ob inserviam in fabricandis adibus uuntur. Pronuenient cappares, silqua Silvestris, et glycyrhiza effatim. Finit et olera pulchra. Non longe sunt Spinellum et Belludierum pagi. A Gerentia m. p. sex Vertine oppidum existit ab Oenotrijs, sive ut Straboni placet, a Philotheo conditum, abest a mari Circe Tere m. p. undeviginti. Hic easens probatissimus sit, et mel optimus. In hoc agro alabastrite albas et niger nascitur,

*f. S. in fine.*

*Lunatum.*

*M. nello  
Benedictus*

sunt, item sulfur, et alumnen, et rubrica fabrilis, et calcinatum, et sal fossile, et lapis sine terra semia gilva et alb. qua aurum et gemmae expoliuntur, tripolium vocant aurifaces, nascitur et ferrum, et argentum, item lapis albus argenti materia, ut quidam uolunt. Pronuenient responiticum capatorium, meum, esfragia, centaurium matut, et alle nobiles herba. Nascitur et rhizus arbor, item atrolices arbor, et cardas, qui mastice egerat. Extant et sylue glandifera omnigena et teda. Funt venationes aprorum, caprarium et aliorum sylvestrum animalium. Sunt et vestimentes, sunt et alicuius multarum animalium. Inde est Brystacia, nunc Briaticum civitas sedes episcopalis, ex Paterno uite, de qua mox, hoc translatu, cuius meminit Ioannes Iochinus abas, et si, antiblacensis de prauate legatur. Situm est oppidum in uertice montis saxei, ab Oenotrijs conditum, ut ait Stephanus. Abest a Vertinis m. p. quatuor, et se to tredecim. Coniunctionem est Pumentum, Cacurium, Vertinas, et alia huius regionis oppida ab Oenotrijs condita, et quibus et Seuerena et Brystacia sed a Philotheo postea habitata. In eae episcopali uocis Christi, et beate Marie Virginis, et sanctorum Gregorij, papae, Cataldi, Laurentii, Donati, Stephanii, Georgij, et Petronilla fructuosa afferuntur. In hoc agro legitur matuta, fit gossypium, et sesama. Pronuenit terebinthus, et cappares. Nascitur alabastrites, et gypsum marmoreum, et lapis molarius. Extant et sylue glandifera. Fint venationes, quales Vertinis. Ad mare rediens Alethia

promontorium reperies cum flatione, Crimissa olim di-  
 cta est, distat a Crotone m.p. quatuor & viginti. In quo  
 laevorum & lumeniferorum sponte nascentium copia est.  
 Et iuxta Crotonem uersus lipuds flumina cadit in ma-  
 re. Aretan quondam dictus Crotoniate regionis, ait ety-  
 crat. Super promontorium hoc Cirum sine cirrha ciuitas  
 est adito loco. Abest a Strongili m.p. octo, a mari qua-  
 tuor. Crimissa olim dicta a promontorio, ab Oenotrijs  
 (170) cedita, cuius meminit Stephanus, qui ait Crimissa urbs  
 & eiusdem nominis promontorium, & annis, Quam  
 habitant Philodetes. Strabo uero eam Philodetem co-  
 te loquens sic scribit.  
 Illam uero & Aesari fluenta, & parna ciuitas  
 Oenotria terra, a tenuiora punctum,  
 Crimissa torris recipiet intersectorem.  
 Super quibus uerbis Isacius ait. Philodetem Alexan-  
 dri intersectorem fluenta Aesaris fluminis Crotonis,  
 & Crimissa ciuitas parna Oenotria & Italice terrae re-  
 cipient. Philodetes bellum inferens & panis prope Cro-  
 tonem & Thoryngium crimissam habitauit, & cessans  
 ab oberratione Haleo Apollini templum erexit, cui e-  
 tam areum obtulit, ut scribit Orton, hoc modo Philodet-  
 es sublatuus est. Ab ea crimissus. Et Aristotleles in li-  
 bro de mirabilibus. Apud Sybaritas uiuent, Philodetē  
 coli, qui ex Troia profugis inhabitauit, que noctantur  
 mollis Crotoniatis, atque Herculis arcus in Apollinis  
 Halei

Halei templo consecravit, quos per uim a Crotone ab  
 in Apollonium translatos ferunt. Atent quod huius mor-  
 tum esse auxilia serentem Rhodijs, qui cum Iherusalem  
 ad ea loca delati contra iudeas depugnauerunt. Inde  
 urbs hoc Crimissa dicta fuit Paternum, cuius premi-  
 ant. Antoninus Pius in itinerario, quā a Rossano m.p.  
 duodecimeta distare dicit. Nunc, ut dixi, Cirum dici-  
 tur. Fuit sedes episcopalis, que post uastationem regio-  
 nis a panis, cretensis & maioris in Bryasitem trans-  
 lata est. Abundantis episcopus Paternensis interfuit  
 synodo Constantinopolitana iuxta sub Agathone pa-  
 pa, qui unū cum Ioanne archiepiscopo Regino, & lo-  
 ne episcopo portuensi gessere uicem papa. Hic similago-  
 trices optima, fit. Exuberat urbs hac aquis recenti-  
 bus. Fiant uina, olea, & melia clara. Nascentur cappa-  
 res, & tubera, & senecula marina, prouentis terebin-  
 thus, legitur manna. Nascentur & lubrica fabrilis, & si-  
 lex. Ager insuper hic frugifer est. Extant & borti ne  
 morosi lagonis, curvis, & malis arboribus infusa-  
 ti. Fiant & arborum fructus optimi. Non longe a fre-  
 zo locis quibusdam uine mature diuescit, at precipiti  
 saporis sunt. In hortis episcopalis adis arbor est, quam  
 Plinius libro duodecimo in Bastris esse scribit. Qua est  
 inquit, cerebinho similis, pomo amygdalis, minor tamē  
 magnitudine precipue suavitatis, aliqui terebinthum  
 esse proprij generis potius, quam simile ei putaverūt,  
 sunt in hoc agro ancipia palmiborum, testurian, tur-  
 dorum, ficedularum, & aliarum parvatum aliud. Post  
 Cirum

*Circumfluvia fluvium habuit, criminis & ipse, ut ostē  
di, dum dicitur. Inde est Crucolum castellum, sive Charo-  
clum, quod charum bonū significat. Dicitur a Ciro  
m.p. quoniam tuor, a mari totidem. Hic Lubrica fabrilis na-  
scitur, & eos aquaria legitur manna. Non praeclara est*

*Scala. scala castellum alterum cum oleo & melle optimo, fit  
gossippum, & sesama. Est & Marcellus uicus. In hac  
ora passim cardus prouenit, qui malicen fundit. Inde*

*Cariat. lacunatu fluvius habuit. Ad mare Chariatis ciuitate  
est sedes episcopalis mari abluuntur. Menecrates episco-  
pus Chariatenis interfuit Synodo Romana prima sub  
Symmacho papa. Hoc mare piscosum est, pisces landa-  
tissimi capiuntur, in Chariensi agro fit Xilon & se-  
sama: nascuntur frumenta marina, nascitur lapis molaris  
frumentarius, & olearius. Ager hic herbidus est  
pabulis egregie accommodatus, sunt & per pulchra au-  
cupia coquaricium, turrum, palumborum, turdorum,  
sturor, m., & aliarum parvarum avium. Hac urbs cre-  
mata fuit a turciis eodem anno, quo & Rheyum. Post*

*Campana (Alegorica) urbem eos & Valgius amnes labinuntur. Supra est Ca-  
pana oppidum Calaferna olim dictum, ab Octoioijs, si-  
ue, ut Strabo uult a Philodete conditum, Dicitur a Cha-  
riato m.p. undecim a Briatico sex. In huius oppidi tem-  
plo sanctorum Stephani Proth. Fabiani, Martini, Xi-  
sti, & precopis frustra afferuantur. Hic una, olea, &  
mella clara sunt. Nascuntur eos aquaria, & silix, &  
Lubrica fabrilis, & chalcantium, & lapis molaris, le-  
gitur manna. Prouenit reponicum, & cardus masti-*

cen

*cen sundens. Fit pix, nascuntur teda arbores. Sunt &  
glandiferae arbores, & castaneta ad porcos aleandos up-  
portuna. Est & ager hic herbidus pascuusque. A Can-  
pana ad quartum lapidem Bochiterum oppidum est  
inter Santocrucium & Laurentiam annes, abest a ma-  
ri m.p. duodecim. In hoc agro eos aquaria probatissima  
nascuntur, & silix, & lapis molaris, & lapis phrygius,  
& gagates lapis optimus. Prouenit terebinthus, an-  
tissimum filiuus, dictorum, centaurum maius, & saga-  
penum. Nascuntur ubertim pinastri & alaterni. Ex-  
tant & castaneta, & sylve glandiferae porcis aleandis  
comonada, sunt uenationes, quales uertinunt, & auch-  
pia externarum, palumborum, merularam, turdorum,  
perdicum, & aliarum parvarum avium. Postea est pau-  
la oppidum, distat a mari m.p. octo. Ager hic fertilis  
est, fit & mel optimum, fit & gossippum & sesama. Ex-  
ciditur eos aquaria Lindatissima, prouenit & cardis  
malicen sundens. Inde est Calopiciatum castellum cu-  
linis optimis, quod ornatum est cultus natat. Quod  
fimarellum flumen pratersunt. Hic gossippum & sesa-  
ma sunt. Nascuntur cappares, & frumenta marina, su-  
bitide Chrysia castellum est, & olei copia, abest a ma-  
ri m.p. q. in hoc agro nascuntur cappares, et siliqua sil-  
nebris. In littore fontes frequentes sunt dulces manantes  
aqua. Post Chrysiam Triontum flumen navigabile la-  
bitur, Hylias olim dictum, Crotoniatarum agri, a Thu-  
riornum olim dispescens ut in Thucidide liquet. Qui li-  
bro septimo ita scribit. Demosthenes & Eurymedon  
Atheneiensium*

*(corica)**Trionta  
humus  
frig. Cas.*

Atheniensium classis exercitus duces postea quā Thurinū ad societatem militiae se expedierunt, ibant classem in oras Crotoniātām tendere, ipsi vero recensitē exercitum per agrum Thurinū ad Sybarim flumen ducunt. Qui cum ad anasem Hyliam peruenissent, premisſentque Crotoniatae, qui dicerent nolle se per suā terrās meare exercitū, descendērunt ad mare, & ubi Hylias ad illud excurrit castra habuerunt, ubi naues eis ub id prestatuerunt. Quibus postera die consensis abiisse subinde aderendo ciuitates preterquam locrensis adonec ad leucopetram peruenire agri Rhegini. Itaque post Auxoniorum, Oenotrorum, et Italorum reges, qui uniuersae regioni dominati sunt. Post Philistētēm, qui quatuor regionis parti imperavit, & siqui alij eiusmodi in ea regnarent, quatuor respublica in Calabria fuerat, que toti regioni dominabantur, Rhegina, Locrensis, Crotoniata, & Sybarita Sibari uero a Crotouatis solo aquata eius respublica Thurina successit. Cum uero postea Brettū potentia pollicere coepit,

complua harum rerum publicarum oppida subegerunt, ac

sibi suam remp. & ipsi

constituerunt, adeo

humana

res

fortime temeritatē & inconsuetate subiecte, uolubiles sunt.

Liber

LIBER QVINTVS.



**O**ST Triontum id est Hyliam flumen Thurina regio olim incipiebat primū oppidum Calonitum est, dicit a Chrysia m.p. quinque, a mari septē. Hic uina et olea optima sunt, nascitur calcarium, & gypsum alabastritē simile, sive, ut quibusdam placet, alumē scissile est. Laudantur & mala punica, apyranta, quorū araca ad strobilorum magnitudinem sunt. Procūnit terebinthus, & siliqua Sylvestris, & nitex. Prope oppidam Larretum flumen excurrit. Inde est Longoburgianū oppidum iuxta Silanū sylvam. Hic argenteofodina sunt, & iam nunc argentum conflatur in massam. Glandifera arbores & hic & alibi passim fernae agaricū, nascitur meum. Ex hoc oppido fuit Ermus medicus chirurgus non contemendus, patani medicina operam parauit. Scriptis in chirurgia libros duos, qui extant, et magno in precio habentur. Floruit a Christo nato anno M. cclx. Nō longe est Copalatum castrum. Hic etiam gypsum alabastritē simile, sive alumē scissile, & chalcanthum, & alumē nascuntur. Procūnient & terebinthus, nitex eleander, siliqua Sylvestris, & Crocus Sylvestris. Laudantur & mala punica apyranta, qualiter nascetur caloniti. Ex hoc oppido fuit beatus Bernardinus diaconi Francisci Pauliani sacerdos sancta uite vir. Post oppidum calonatum & inde

Caloniti.

Longobucco.

Brunnus  
Chirurgus

Croplata

Grinde celatum flumina decurrent. Inde Rossanum est ciuitas uetus, ab Oenotrijs, ut quenam angkor canis manicum, super saxum, atque inde quaque faveis rupibus separam, & aquarum scaturiginibus exuberans, quod ad loci firmitatem plurimum confort. Aer quoque hic salubris uiget distat a se eto m.p. tribus. Cum enim Oenotrij, ut ostendit, in cōdendis urbibus loca tuta ac propugnacula firma deligerent, & mortuo Pencen-  
tio Oenotri fratre, utrunque Calabrie oram tenerint, ut hucusque in ea complures parnas et cerebras condiderint, censendum est hinc tam apem uirilis locum nenti-  
quam praterisse. Prasertim etiam quod haud procul  
hinc Brystacia, & cosane construerunt. Hanc postea  
Rhodi colonia deduxerunt, ut Ioannes ioachimus abas-  
crit in Esiam. Postea eam coloniam deduxere Ro-  
mani. Quaquam Procopius libro tertio de bello Go-  
thico eam a Romanis conditam uelit, ait enim iuxta  
Lambulam uallem, angulumque adiutum Russia  
est promontorii Thauriorū. Supra id m.p. septem cum  
dimidio presidium ualidissimum: construxere Romani.  
Quod utique Ioannes ante hac coperat, & quam opti-  
me commenierat. Id oppidum Totilas ex eius deficiente  
commeatu militibus presidiariis Belisarij, auxilioque  
eis non adueniente. Idem Agathius libro quarto de  
eodem bello assert. Est sedes archiepiscopalis. Valeria  
nus episcopus Rossanensis interfuit Synodo constanti-  
nopolitana sexta sub Agathone. Ecclesia huc ab hinc  
non

non multos annos latina saltat est, antea enim græcam  
linguam ritumque scribat. De hac urbe beatus Bar-  
tholomeus in uita beati Nili sic scribit. Cum omnis si-  
niuia regio ab ageris beati Nili tempestate nostra  
ta esset, porisque prede exposita, solum Rossanum ab  
ea uasilitate immune fuit. Idque haudquaque huma-  
na ope, sed Deipara, que locum illum imprimis tutare  
tur, auxilio factum est. Siquidem cum sepe Agrixi  
noctu irruissint, arceisque expugnare tentassent, siue  
latque ad mania accessissent scalis aduotis, scena est  
e superiori loco manici similem purpure indutam il-  
lis apparuisse faciem in uibus vestimentis, atque illos pro-  
pellentem, e nroque diuurbantem, idque uerum esse  
testabonit, qui ex illis ausigerant. Tempore beati Ni-  
li, ait idem beatus Bartholomaeus, Rossanum magnis  
terremotibus quatitur, multis imbris noctu ac die  
ingruentibus. Unde complures domus atque ecclisia  
deiecte sunt. Populo autem ad sanctum pacis templum  
ingressi terremotus imbreseque effauere. Nullus autem  
homo, neque instrumentum aliquod perire. In ade episcopa  
li dini Christophori armis afferuntur. Hic uina landa-  
tissima nascuntur. Fii optimi olei copia. Oline ad amyg-  
dalorum inognitum crasse, & carnosa conditae in  
eadis optimae sunt esu. Fiant sicilia nobilia. Nascitur  
gypsum marmorosum, nascuntur capparis, vite, olea  
der, crocus Sylvestris, & terebinthus. Prouenient etiam  
ut ab herbario accepti, dictam Cretense, anguides, te-  
taureum maius, & aliae nobiles herbae. Sit in hoc agro  
p.egi

Iscrupuli pugi scrupulonum, & pallidum cum unis optimis,  
 ubi alabastites & sal fosile nascuntur, & eis aqua-  
 ria probatissima. Item rumpentium, & sagapenū. Filiū  
 extorsorum, palumborum, & flurnorum auctorū. Ad  
 mare Rōssia promontorium est, Athenaeum a Dioclyso  
 Hilarie dictum, & portu ueneris statio astutus ibi Ae-  
 neas plures Troianos exposuit, atque reliquit. Qui  
 per ea loca habitandi sedes posuerunt. Non longe ab  
 urbe est beatoe Mariae e patrī cognomine templū di-  
 ui Basili morachorum cœnobium. Ex hac urbe fuit  
 beatus Nilus monachus domini Basili, & abes, ut nimi-  
 rum magna sanctitate & doctrina. Qui ceu fulgentis-  
 simus fidus in ecclesia Dei exiit. Hic, ut beatus Bar-  
 tholomeus eius ciuis ac discipulus, qui totam illam uitam  
 exarauit, scribit, ex nobilibus parentibus est or-  
 tus. Qui iam puer, cum illinagrassem e vita, a sorore  
 educatus fuit. Hic ab incunie etate bonam indolem, at  
 que excellens ingenii prece ferens omnes iœuos suos  
 prudentia superabat, preceptoresque suas tanta pru-  
 dentia percontabatur, ut eos in sue admirationem ad-  
 duceret, unde puer tantum ingenij acumen. Antonij,  
 Hilarionis, Sabae, Arseni, aliorumque sanctorum pa-  
 trum vires usqueaque præmenibus habebat. Inde  
 nero iam exoletus demonis opera cum virgine quadam  
 concubuit, filiamque ex ea suscepit. Ceterum deinde re-  
 spicseret, ac se perpetrati deliquij penitentem mundi oble-  
 Etiamen a ac diuitias descrestatuit. Atque magnam  
 pecunie sumam a debitoribus exigens, uincamque

se ex

si ex ea emptuariam simulans, pauperibus erogavit, ac  
 reliqua bona sua omnia egenis impertiens ad canobiū  
 beati Mercurij ordinis sancti Basili secessit monacha-  
 lem habitum suscepit. In quo tum plerique sancti  
 viri degabant, atque inter eatos, erant dñni illi uiri  
 Phantinus, Zaccarias, & Lucas de quibus alibi dixi-  
 mus. Hanc procul aliud monasterium erat, cui praerat  
 diu illus Ioannes, de quo alibi diximus. Quibus his  
 ingenii latitia est affectus. Verum quia humani generis  
 perpetuus hostis ei in huiusmodi opere impedimento es-  
 se studebat, ab illius regionis preside litera allata sunt  
 his, qui monasterio praerant, quibus interdiebatur ip-  
 sis ne illum monachalem habitum induerent: quod si co-  
 tempissent manus eorum procederentur. Quare timo-  
 re perterriti ad sancti Nazarii monasterium illam mi-  
 strarunt. Ibi sanctum habitum summa religione nondum  
 erigendum cursum agens suscepit. In quo monasterio  
 xl. dies commoratus neq; panū neque uinum, nec de-  
 num colatum quid gustant, sed arborum fructibus at-  
 que oleribus contentus erat. Sic bonus ac strenuus Chri-  
 sti miles, & athleta a delicata seculari uita a repente ad  
 austera misericordia formam transie. Ibi cuidam regulo  
 tyranno, qui se decem annos uillarum predicabat, de-  
 cem dumtaxat dies uillarum prædixit. Id quod & fuit,  
 decimo enim die infeliciter a suis ciubus interemptus  
 est. Quadragesta igitur diebus exactis ad monasterium  
 Mercurij, ut beatos illos uiros uiseret, reddit. Quorum  
 uirtus atque inseparabili amicitia ac benevolentia frue-

BB batur.

batur. Erat per id tempus Calabria altera Aegyptus sanctorum monachorum parentes & nurix. Cum igitur beatus Nilus hominum consuetudinem declinare statuerit, secessuque adamasset, solitariam uitam de legit, Ioannem baptistam emulatus. Itaque scriptam quempiam inclebat, qua hand procul a monasterio Mercurii, & ab eo monasterio, cui praeerat beatus Ioannes, abest. Quia in sublimi & arduo loco est sita, arava babens Michaeli archangelo dicatam. Is locus quieti apertissimus erat, ibi vigilis, psalmodie, orationibus, contemplationibus jejunis, divine scripture lectiōibus, ceterisque huiusmodi actionibus dieque noctiisque ingenerincubebat, nam somni paululum capiebat. Caput apertum, ac pedes nudos semper gerens, rūta duntata iuncta tunica, eaque ex caprarum pilis confecta contentus erat. Zona ei erat sicutculus non nisi semel in anno solitus. Atque usquadeo paupertatis studiosissimus fuit, ut ne obolum quidem possideret. Atramentarium ei erat ex cera compallatum. In scribendis libris plurimum uocabat. Tempus sic diuidebat, ut ne quidem minimu momento esset otiosus. Nam ab hora matutina ad tertiam usque libros scribebat singulis diebus quantumconciens, scribebat enim psalmos: a tertia autem usque ad sextam cruci assistebat cum Maria et Ioanne psalterium retinens ac recitans, milles genua flebentes: a sexta vero usque ad uonam sedebat lugens, ac persistans legem domini, & sanctorum script. a. inde uesperino hymno dicto paululum spiritum reficiebat.

bat drambulans, ac psalmos recitans. Divinam scripturam, qua erat longe eruditus, fratribus exponebat, Iohannem Chrysostomum, Basilium, Gregorium Nazianzenum, ceteroque Græcos, necnon latinos doctores in manibus habens. Eius mensa erat lapis magnus ac patella in illo teste fragmentum. Cibus interdum panis solus illi erat, & aqua in mensa, interdum legumina cocta, quandoque uero fructibus tantum contentus erat, & præsertim siliquis, qua ultro nascitur, ut pote myrtleis, & cornaris, & huiusmodi pomis. Pertransit annū unū mense minus nullo prorsus liquido obsonio ab eo degustato. Persaps biduum, quandoque triduum, interdum quinque dies cotidemque noctis cibo & potu absundebat, fastidiam quadragenam ita transiegit, ut nil penitus præter remunerationem caperet. Qursus alios sexaginta dies permisit bis duxtaxat toto hoc tempore cibis sumens. Ieiunium nunquam solvit. Quid nullis opus est uerbis? Tot nempe uiuendi formas percurrevit, quot & sanctis patribus feruatas fuisse legeret. Lachrimarum uero non guttas, sed propè riuulos emittebat. Contemplationibus adeo uocabat, ut plerunque in extasi raperetur. Libidinum incitamenta prædictis exercitationibus, & spinarum auritione, necnon urticarum fuscigatione propellebat. Varias insuper demonum pugnas non modo iniſibiles, sed etiam iniſibiles & corporales sustinuit, quas & Dei ope superauit. Quadam die demon ipsum in capite elata percussit, undeque inficit, quo diu cruciatus periret, a quo diuinitus nocte

quam apostolic Petro & Paulo dicatus dies est iniquitus, dum psalmos in ecclesia cum beato Thantino psalleret, curatus est. Rursum alio die a quodam alio untere diaboli opera sibi infixo ab angelo sanatus est. Fuit etiam multorum miraculorum patrator. Quippe qui immundis spiritibus obsessos liberavit, varijs morbis affectos curavit. Neque prophetia munere cariat, eam plura enim praeagiuit, ac cordis abdita aperiebat. In de Agarenis eam Calabria partem, ubi ipse versabatur, paucantibus, id quod iam ipsa predixerat, eos fugiebat ad sancti Hadriani cum exiguum oratorium, quod est in agro Besidianensi se recepit. Ibi que cù duodecim discipulis domino cultui uocabat. Inter quos erat beatus Proculus. Quantum autem humilitatem seculatus sit, quis pro dignitate disserere suspetit? Sacris utique initiari nunquam uoluit. Mortuo Rossanensi episcopo suo omnium, & cleri & populi ore huiusmodi munere dignus iudicatus episcopus creatus est. At ipse ut rem compertam habuit Christi exemplo aspergit ad interiora deserti, ubi tenuit latuit, quandiu alius est electus. Hominum, nobilium preferimus, ac magnatum con gressum conuentudinesque uti uenenum ac pestem uitabat. Licer omnibus principibus & imperatori Constantinopoli degenti fama notus esset. Mulierum quoque consuetudines, haud secus ac lethale viris, & aspidem fugiebat. Aiebat enim sic. Diabolus de me ita dicit monachus hic latus est, mazofaciata eū aqua, id est mulierum lacrymā, & illū liquefaciam adeo, ut de

eo

eo quicquid mihi libuerit efficiam. Nunquam passus est mulieres monasteria aut ecclesias suas ingredi. Cooplures solis literis ad praesides missis a carcereb. & suspendis liberarit. Quodam die dum prostratus quoniam humiliiter Christo cruci affixo assistens orans liberari a quadam tentatione, ab eoque benedicti. Christus dexteram e clano extrahens trinam benedictionem illi impertinit. Inde e Calabria secedens in campaniam peruenit, & in Cassinensi monasterio aliquot annos commoratus est, ab abate & monachis eius monasterij rogatus. Exinde illinc, abiens in monasterio Vallolucioni dito quindecim annos confedit. Postea in agro Gaiete in monasterio Serperi uincipato decem annos cum sexaginta monachis permanxit. Cum Philogatus eius suis episcopus Placentinus ut imprimitis literis eruditus, dicitur assuens Crescentio consule Romano audiore populi ac cleri, ad quos Romani antistitis spellabat electio, consensu in Romanum pontificē, Gregorio quanto a Romanis urbe pulsō, crearetur, qui Ioannes xvi. siue, ut alii, xvij. vocatus est, Gregorio ipso inde Octonis tertij imperatoris auxilio in sedem reuocato, captus est, ab Ottone ipso oculis, lingua & naso mutilatus est, & in carcere detruens. Quocirca beatus Nilus Romanus petiit, ut cum liberaret. Id audientes pontifex & imperator ei ad portam asinianam obuiam facti, ipsum medium ad ades duxerunt, eius manus summa ueneratione exoscultantes, proq; antefque ut Rome commorari uellet, spondentes se illi monasteriū daturos quod-

cumque vellet. ipse uero hoc reniens, Romam recessit, & ad suum monasterium remeauit. Gregorius autem panlopof miserabiliter obiit (Philogatum enim, & ipse & Imperator beato Nilo concesserant, sed minimè stetero promissis) otto nero tandem resipiscens, ac facti panitens ad Michaelis archangeli adem, que in Garzana Apulia monte existat, religionis gratia concessit. Inde rediens ad beatum Nilum diuertit. Cumque eni<sup>m</sup>us monasterium conspicatus esset. Ecce, inquit, tabernacula Israel in eremo, ex cibis caelos hierarchie: bi non ut incole, sed ut uiatores hic versantur. Beatus uero Nilus cum omnibus canobitis ei cum cruce obuiā perexit, magnaque humilitate ac pietate Casarem ueratas est, & in canonibim deduxit. Cumque plura inē colloquerentur, inter cetera, ubi monasterium se magno cum prouentu in quasdi sisi regni parte ei daturū obuidit. At beatas Nilus il remuit. Nunquam enim temporalia bona a quoquā accipere nouit. Adieciq; Cesari digrediens pete a me quod tibi est cordi nū a filio tuo, ipse uero libenter ac prompte exibeat. Beatus uero Nilus tale Cesari dedit responsum. Nil aliud opus habeo et tuo regno o Cesari, nisi tue ipsius anima salutem. Licit enim rex existat, ut quiuis tamen alius homo morituras es, & ad summi regis iudicium te afflire oportebit, & rationem bonorum & malorum reddere. Hac audiens Cesari lachrimatus est, & coronam in beati Nilim manus deponens, ab eoque benedictus recessit. Cumque Romanus esset ingressus, ortā in populo seditione

seditione ab urbe fugiens, a populo interemptus est. Beatus uero Nilus ex eo monasterio abiens Tusculum se contulit, ibi Deo simulaturus quod reliquum sibi uita superesset. Atque hanc procul ab oppido monasterio, cui cripa serrata nomen est, constracto usque ad obtutum mansit, atque ibique migrante ad dominum senio confessus quirium & monachum annum agens eius festum agitur sexto cal. octobris. Fuit & ex hac Rossanensi urbe beatus Georgius uir sanctitate conspicunt, qui sub beato Nido duce Deo militauit. Hic in seculo nobilis & locuples erat, sanctum habitum senex suscepit. Qui adhuc in seculo existens angelicas visionem uidit, & angelorum melodie concentum sibi audire uidebat. Inde monachus factus humilitatem & obedientiam maximo est amplexus opere. Cum adolescentiam quidam Besidianensis hebreum quicquam permisit, eoque fugiente, eius affinis a iudicibus proinde mortuo iudicis cruci affigendus traduceretur, beatus Nilus ab illius consanguineis huius rei certior factus literas beato Georgio ad iudices dedit, in quibus haec scripta erat uos, qui iudices estis, legens seruare debetis, qua praecipit, ut pro septem iudicis unus christianus moriatur. Aut igitur debet sex alios occidendos, aut nullum christianum liberare. Quid si legem seruare nullus, hunc, quem cum his ad uos literis mitto, pro iudeo mortuo cruci affigite, & unicum liberare, ut cum uxore & filiis uitam agere, eisque uite necessaria suspendere possit. Iudices letis literis id beato Georgio

referunt (*nesciebat enim ipse quidam beatus Nilus scriperat*) petuitq; ab eo si id sibi cordi esset. Ipse uero respondit, se paratum esse omnia, que beatus Nilus magister suis scriberet, perficere, adiecitque, si nullius esset, qui crucem compонere sciat, ego met eam conficerem opime scio. Id audientes iudices & uindictum libera rume, & beatum Georgium sospitem ad beatum Nilum remiserunt. Tantumque profecit, ut licet nunquam lite ras didicerit, psalmos tamen ita canebat, in omnibus audientibus de se praebet admirationem. In Dei via atque obsequio uehementer profecit, eique placuit in continentia, afflictione, obedientia, humilitate ex iusta, & propria uoluntatis abnegatione, quod martyrium est, & uominatur. O' sit in cenobio domini Hadriani laborum premia perceptus. In hoc magnopere beatus Nilus Deo gratias egit certo sciens quod puro probatam frugem atque acceptabili oblationem, primis tamenque ipsi obtulit beatum Georgium. Fuit & ex hao Rossanensi urbe beatus Stephanus beati Nili & ipse diuinus. Hic agresti atque humili loco ortus, patre or batus iam ad lessens uigesimalm annum agens monas slice uite amore succensus beatissima Nilum conuocuit. Quem beatus Nilus ut dominum ad matrem & sororē alendas reprederetur, hortatus est. Cui ille minime, inquit, redibo, non enim ego, sed Deus illae alie. Quem beatus Nilus simplicem uidens secundo anno ubi criptam illam iuxta monasterium mercurij incolere cepit, mo nachalem habitum induit. Hic tam simplex fuit, ut il lum

hom alterum Iacob patriarcham, aut simplicissimum Tadum ditti Antonij abatis discipulum iure dices. Eum beatus Nilus humanitate & mansuetudine admovens solerter & urbanum reddere studebat. Triennio autem transiisse cum sic nec bilum proficere cernoret, austerioris herbis ac conciis caput increpare, ne ru dis remaneret. Aliquando etiam manu cum perterret faciebat. Ipse uero aquo hilarique antrio omnia sustinebat, & neque durissimam exercitationem, neque assidas uigilias extimescebat, sed in omnibus beatissima Nilum amulari studebat. Quamobrem Dei epe diabolica rum temptationem expers fuit. Sape enim beatus Nilus ipsum percontatus est, quibusnam cogitationibus perurbaretur, respondebat, ne una quidem, tantum dormito plurimum, & ob id perturbor. Tum beatus Nilus scabellum fecit pedem unum tantum habens, quod ei impedit dicens tu quidem duos pedes habes, & scabellum habet numerum in tres pedes, in eo sedens exercitationem non negligenter operaberis. Hic dictio audiens nullibi postea nisi in scabello illo sedebat. Qui sepe a dormitione uictus in terram cadebat. Eo beatus Nilus ueluti nouacula quodam ad inobedientes & intollerabiles exercendos uehementer. Excessit e vita in serperi monasterio. Septuagesimum annum agens. Qui licet senex & ob senectutem & multas infirmitates nimis curvatus esset, nonquam tamen a labore cessabat. Et anima exhalanti beatus Nilus dixit. Stephanus statim sedens manus ligavit, & anima in beatissima Nilion at tendebat,